

TEKSTY ŹRÓDŁOWE BENEDYKCJI
RZECZY DLA CHORYCH
W POTRYDENCKICH RYTUAŁACH POLSKICH

OPRACOWAŁ I WYDAŁ KS. ZBIGNIEW WIT

(Badania zrealizowano w ramach projektu nr 1-0428-91-01
finansowanego w latach 1991-1994 przez KBN)

LUBLIN 1992

Reforma liturgiczna Soboru Trydenckiego objęła wszystkie księgi liturgiczne¹. Ostatnią księgą było "Rituale Romanum Pauli V, Pontificis Maximi iussu editum" z 1614 r. Miał on zunifikować obrzędy sprawowania sakramentów i sakramentaliów oraz procesji roku kościelnego i został wydany "ut in posterum tamquam Ecclesiae Romanae filii ejusdem Ecclesiae omnium matris et magistrae auctoritate constituto Rituali in sacris functionibus utantur"².

Postanowienie wydania nowego rytuału w Polsce podjął synod prowincjalny w r. 1621, który postanowił jak najprędzej wydrukować wydany niedawno rytuał rzymski i dodać do niego zwyczaje rodzime³. Wydanie to ukazało się w r. 1631 w Krakowie jako "Rituale sacramentorum ac aliarum Ecclesiae caeremoniarum. Ex decreto Synodi Provic. Petricovien. uniformem Ecclesiarum Regni Polon. usum recens editum. Cracoviae. Officina Andreae Petricovii S.R.M. Typogr." Nosi on nazwę "rytuału piotrkowskiego" od synodu, który go nakazał wydać. Trzeba jednak zaznaczyć, że edycja ta nie jest identyczna z wydaniem rzymskim i opuszcza szereg obrzędów, a inne modyfikuje, lub wprowadza nowe. Ogółem daje się zauważyć 45 różnic między rytuałem rzymskim a piotrkowskim⁴.

Wprawdzie rytuał piotrkowski został polecony przez wiele synodów, to jednak następne edycje bardzo różnią się od pierwszej, a w roku 1633 ukazało się w Wilnie jego skrócone wydanie⁵. Natomiast w roku 1691 wyszedł w Toruniu rytuał zawierający szereg specjalnych modlitw i benedykcji⁶. Spotkał się on z dezaprobatą synodów polskich⁷, ale musiał cieszyć się popularnością, skoro jego drugie wydanie ukazało się w roku 1695, a trzecie w 1700. Posiada on wprawdzie wiele dziwnych, a nawet zabobonnych benedykcji, ale dla historyka życia religijnego

¹ W roku 1568 ukazał się brewiarz; w 1570 — mszał; w 1584 — martyrologium; w 1596 — pontyfikał; w I 1600 — ceremonial biskupi.

² Pauli Papae V. Constitutio Apostolica de Ritualis Romani editione. Cyt za: Rituale Romanum Ecclesiae Poloniae accommodatum. Katowicis 1927 s. VI.

³ "Ut rituale Romanum, quod, Pauli Summi Pontificis iussu in lucem prodiit, quamprimum imprimatur." Synodus Provincialis /.../ Anno Domini 1621. Cyt za: W. Wrona, Dzieje rytuału piotrkowskiego. *Polonia Sacra* 4 (1951) 338.

⁴ Por. Wrona, art. cyt. 355.

⁵ Rituale sacramentorum ac aliarum Ecclesiae caeremoniarum ex decreto Synodi Provic. Petricovien. ad uniformem Ecclesiarum Regni Polon. et M. Ducatus Lith. usum recens et in breve opusculum editum. Cum scitu et permissu Officii. Vilnae. Typis Academiae Soc. Jesu. Anno MDCXXIII. Trzeba tutaj skorygować W. Wronę, który przesuwając ten fakt na wydanie rytuału pomorskiego w r. 1639. Por. Wrona, art. cyt. s. 363.

⁶ Rituale sacramentorum ac aliarum Ecclesiae caeremoniarum (!) pro Ecclesiis Regni Poloniae, et Magni Ducatus Lithuaniae, accessit Libellus infirmorum, Benedictionum et exorcismorum. Cum privilegio et permissum superiorum. Thorunii, ex Officina Joh. Christ. Laureri MDCXLI.

⁷ Por. Wrona, art. cyt. s. 365.

stanowi ciekawe źródło liturgiczne. W okresie od ukazania się pierwszego wydania rytuału piotrkowskiego po "Collectio rituum" z 1963 r. udało się autorowi przejrzeć 117 edycji rytuałów, jakie ukazały się w tym czasie na ziemiach polskich, lub były przeznaczone dla diecezji polskich⁸. Do liczby tej należy dodać jeszcze 24 wydania "Vade mecum ad infirmos", które ukazywały się od początków XIX wieku, jako podręczne wydania używane podczas zaopatrywania chorych. Wiele z tych egzemplarzy posiadało własne obrzędy i modlitwy, a część przeznaczona dla chorych należy do najbardziej zróżnicowanych i dlatego wydaje się szczególnie godną przebadania. W niniejszym opracowaniu podane są obrzędy i benedykcje różnych rzeczy przeznaczonych dla chorych. Ich zróżnicowana obrzędowość i treści jakie niosą, stanowią interesujący materiał nie tylko dla historyka liturgii, zwłaszcza że zachowane egzemplarze źródłowe nie należą do licznych. Przy prezentacji obrzędów opuszczono wstępne wezwania "V. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit coelum et terram. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo", a zaznaczano wyraźnie te przypadki, kiedy miały własne inwokacje wstępne.

Benedictio panis pro infirmis

Domine sancte, Pater omnipotens Deus, bene + dicere digneris hunc panem tua sancta spiritali benedictione: ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis; atque contra omnes morbos et universis inimicorum insidias tutamen. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, panem vivum, qui de coelo descendit, et dat vitam et salutem mundo: et tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

*Aspergatur aqua benedicta*⁹.

Benedictio prandii vel coena, pro iisdem vexatis

In Nomine Domini nostri Jesu Christi ego N. Sacerdos Dei bene + dico atque exorcizo vos creaturas Panis, Vini, Potus etc. Carnis, fructus, et cujuscunque comestibilis, per Illum, qui benedixit panes in deserto et multiplicavit, et per Illum qui Aquam in Vinum convertit et qui Manna Patribus dedit in deserto, omne delectamentum in se habens, ut sitis fortitudo et sanitas, atque purificatio huic et omnibus creaturis Dei sumentibus vos, ad effugandos omnes spiritus immundos,

⁸ W. Wrona dotarł jedynie do 39 wydań na ogólną liczbę 60 podawanych w bibliografiach. Wrona, art. cyt. s. 368.

⁹ Obrzęd ten spotyka się po raz pierwszy w: *Rituale Sacramentorum ac aliarum ecclesiae caeremoniarum ex decreto Synodi Prouic. Petricouien. ad uniformem ecclesiarum Regni Polon. et M. Ducatus Lith. vsum recens et in breue opusculum editum. Cum scitu et permissu Officii. Vilnae Typis Academiae Soc. Jesv MDCXXXIII (1633) s. 114-115. Zachowany jest aż do wydania Collectio Rituum continens excepta e Rituali Romano Ecclesia Poloniae adaptato, Katowice 1963 s. 160*

omnem nefariam Diaboli potestatem, facturas suas, figuras omnes et minas ejus exterminandas, per Eum qui venturus est judicare vivos et mortuos.

Purifica Domine Jesu Christe, bene + dic et sancti + fica queso (!) has creturas Cibi et Potus. quas ego N. Sacerdos tuus in Tuo Nomine, et SS. Ubaldi, ac Antonij (!) de Padva servi tui bene + dico, purifico et sancti + fico ut quicumque comederit vel biberit ex eis, per dilectionem B. V. Mariae et S. Ubaldi, S. Antonij (!) de Padva, et omnium Sanctorum, bibat et comedat coram Domino cum omni letitia (!), et sint contra maleficia per hec (!) potabilia, et comestibilia destruo, annihilo, et etiam fugo demones et omnia diabolica in Nne Jesu confringo opera, et eradico, et ejicio a corporis humanis. O Creatura Dei; tolle has creaturas et ejicio a corporis humanis. O Creatura Dei; tolle has creaturas cibi et potus, quas misit tibi Deus, et quas ego Sacerdos Dei exorciso, + purifico, bene + dico et sanctifico in Nomine Sancto ejus, et SS. Mariae Virginis, et S. Antonij de Padva. Requiesce ergo, comede et bibe in Nomine Jesu, recedat a te sathan (!) cum omnibus suis facturis, in Nomine Patris + et Filii + et Spiritus Sancti + Amen. *Aspergatur aqua benedicta*¹⁰.

Benedictio olei simplicis pro infirmis

Exorcismus.

Exorcizo te creatura olei per Deum Patrem + omnipotentem, qui fecit caelum et terram, mare et omnia, quae in eis sunt. Omnis virtutes adversarii, omnis exercitus diaboli, et omnis incursus, omne phantasma sathanae eradicare et effugare ab hac creatura olei: ut fiat omnibus, qui eo usuri sunt, salus mentis et corporis, et in Nomine Dei Patris + omnipotentis, et Jesu + Christi Filii ejus, Domini nostri, et Spiritus Sancti + Paracliti, et in charitate ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, saeculum per ignem, Amen.

¹⁰ Benedykcja ta jako pochodzenia obcego znajduje się tylko w edycjach: Libellus benedictionum et exorcismorum, collectore R.P. Martino Cochem, capucino. Ex Rituali Romano, Agenda Moguntinensi aliisque probatis et approbatis autoribus. Ad commodiorem usum adjectum est Rituale Franciscan. Fr. Bernardi Sannig, Ord. S. Francisci Reform. diu et vehementer hactenus desideratum. Omnia ad praxin et ordinem tam Ecclesiasticorum quam Regularum Sacerdotum. Manuali forma editum. Thorunii. Ex Officina Joh. Christ. Laureri MDCXCI (1691) s. 177-178. Obrzęd ten spotyka się jeszcze pod zmięnioną nazwą "Benedictio pro infirmis comestibilium". Rituale Ecclesiae pro commodo sacerdotum volentium sacrificium Missę celebrare. Sacramentales Confessiones audire. Aegrotis vel damnatis ad mortem inservire. Benedictiones rerum non in qualibet Agenda reperibilium exercere. Super infirmos vel Mleficiatos Legere. Verbum Dei Populo predicare. Impressum Leopoli Typis S.R. M. Ordinis Minorum Conventualium Anno 1771, s. CXXXII—CXXXIV.

V. Domine exaudi etc. V. Dominus vobiscum etc.

Oremus.

Domine Deus omnipotens, cui adstat exercitus Angelorum cum tremore, quorum servitium spirituale cognoscitur: dignare respicere, et benedicere + et sanctificare + hanc creaturam olei, quod ex olivarum succo eduxisti, et ex eo infirmos inungi mandasti: quatenus sanitate percepta, tibi Deo vivo et vero gratias agerent; praesta, quaesumus, ut, qui hoc oleo, quod in nomine tuo benedicimus +, usi fuerint, ab omni langvore, omnique infirmitate atque cunctis insidiis inimici liberentur, et cunctae adversitates separentur a plasmate tuo, quod pretioso sanguine Filii tui redemisti: ut nunquam laedatur a morsu serpentis antiqui. Per Dominum.
*Aspergatur oleum aqua benedicta*¹¹.

Benedictio olei mirae virtutis contra quascumque infirmitates et praestigia diaboli

Sacerdos suerpelliceo et stola indutus, stans ante altare, in quo est SS. Sacramentum, dicit a cornu Epistolae.

Antiphona. Tulit autem Smuel lenticulum olei, et effudit super caput ejus, et osculatus eum. Psalm. Audite coeli quae loquor, etc¹².

Lectio Libri Levitici c. 2.

Anima cum obtulerit oblationem sacrificii Domino [...] et adolebit super altare in odorem suavitatis Domino. R. Deo gratias¹³.

Antiphona. Inveni David servum meum: [...] et in nomine meo exaltabitur cornu ejus¹⁴.

Lectio Epistolae B. Jacobi. Apost.

Infirmitur quis in vobis, [...] multum enim valet deprecatio justii assidua. R. Deo gratias¹⁵.

¹¹ Wprawdzie obrzęd ten spotyka się najczęściej pod nazwą "Benedictio olei simplicis ex Rituale Romano", to w spisie rzeczy spotykamy także nazwę wyżej podaną: Rituale sacramentorum ac Ecclesiae caeremoniarum ex decreto synodi provincialis Petricovien, ad uniformem Ecclesiarum Regni Polon. usum editum nunc autem Autoritate Illustrissimi et Reverendissimi Dn. Dn. Matthiae Lubieński Dei gratia Episcopi Vladislavien, et Pomeraniae, per Adm. Reverendum D. Mattheum Joannem Judicki, Canonicum Vladislavien. et Officialem Gedanensem Pro Diaecesi Pomeraniae in breve opusculum redactum. Anno MDCXXXIX (1639) s. 97-98. Inne nazwy to "Benedictio olei simplicis", lub po prostu "Benedictio olei". Por. Rituale Romanum Pauli V Pontificis Maximi jussu editum aliorumque Pontificum cura recognitum atque auctoritate Ssmi D. N. Pii Papae XI ad normam Codicis Juris Canonici accomodatam Ecclesiis Poloniae adaptatum et ab eodem Ssmo D. N. Pio Papa XI approbatum. Editio typica. Katoviciis. Typis officinae typographicae Catholicae MDCCCXXVII (1927) s. 395-396.

¹² Jest to kantyk Mojżesza z Księgi Powtórzonego Prawa 32, 1—12.

¹³ Jest to fragment Księgi Kapłańskiej 2, 1—9.

¹⁴ Jest to fragment psalmu 88(89), 21—26.

¹⁵ Jest to urywek Listu św. Jakuba 3, 14—16.

Vers. Parasti in conspectu meo mensam: [...] in logitudinem dierum¹⁶.

A cornu Evangelii dicitur: Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Sequentia S. Evangelii secundum Lucam. In illo tempore suscipiens Jesus dixit: Homo quidam descendebat ab Jesrusalem in Jericho, [...] ego cum rediero reddat tibi. R. Laus tibi Christe. *Sacerdos osculato libro vadit ad cornu Epistolae.*

Exorcismus olei.

Exorcizo te creatura olei, per Deum + Patrem omnipotentem, mare et omnia quae in eis sunt. Per sapientissimum Filium ejus Jesum + Christum, per quem omnia in sapientia ordinata sunt. Per Spiritum + Sanctum Paraclitum, per quem bonitatem et clementiam consequimur. Per Mariam + Virginem Draconis conculcatricem. Per SS. Apostolos et Evangelistas, judices venturi seculi. Per SS. Martyres et Confessores, charitate divina fervidos. Per SS. Monachos et Eremitas, mundi veros contemptores. Per SS. Virgines et Vidus, Christi sponsas et famulas. Igitur omnis virtus adversarii, omnis exercitus Diaboli et omnes phantasma Satanae et ministrorum ejus, eradicare et effugare ab hac creatura olei: ut fiat omnibus qui eo usuri sunt, salus mentis et corporis. In nomine Pa + tris et Fi + lii, et Spritus + Sancti. Amen.

Et ego benedico te creatura olei, + ut ab his, qui se ex te inunxerint, maleficia cuncta destruas, menti et corpori sanitatem restituas, et efficiaris iis medicina efficax et salutaris. Nec ulla maleficia valeant in ipsis latitare; sed virtute potentissimi nominis Jesu se manifestent, obedientiamque Divinitati ejustem (!) praestent, et exeant cum omnibus suis effectibus malignis. In nomine SS. Trinitatis, Pa + tris, et Fi + lii, et Spi + ritus Sancti. Amen.

Oremus.

Emitte quaesumus Domine Spiritum S. tuum Paraclitum de coelis in hanc pinguedinem olei. quam de viridi ligno producere dignatus es ad refectionem mentis et corporis: ut tua sancta bene + dictione sit omnibus hoc unguento coelestis medicinae perunctis tutamen mentis et corporis: ad evacuandos omnes dolores omnesque infirmitates, et si quod illis adversantium spirituum adhaereat nocumentum, ad tactum et sumptionem sanctificati hujus olei abscedat. Nullusque spiritualibus nequitiis sit locus, nulla refugis virtutibus sit facultas, et nulla insidiantibus malis latendi licentia relinquatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen .

Oremus.

¹⁶ Podany jest urywek psalmu 22 (23), 5—7 .

Deus, qui per omnipotentiam tuam ex olivis liquorum suavissimum in usum hominum emanare fecisti: quique eundem olei liquorum super Reges fundi, et eo infirmos ungi ordinasti. Deus, qui tabernaculum et altare cum omnibus vasis suis, ut essent sancta sanctorum, consecrari atque sacrificia et primitias conspersas oleo offerri praecepisti, Deus, qui per famulum tuum Jacob titulum lapideum in Bethel unxisti, quique per Samuelem David, per Moysen Aaron; per Sadoch Salomonem, per Elisaeum Reges super Syriam; et per teipsum unigenitum Filium tuum oleo S. unxisti. Tu Domine, per haec et alia mirabilia, quae in sancto oleo operatus es: hoc oleum bene + dicere, sanctifi + care et conse + crare dignare: ut quicumque ex eo sumpserit, vel se inunxerit, unctus sit dolore poenitentiae, charitatis amplitudine, et per severantia in bono opere. Et ab eo eradicentur omnes facturae, maleficia, in cantationes, phantasmata, tumores et dolores. Per Christum.

Et ego Sacerdos tuus, in nomine sancto tuo, hoc oleum puri + fico, bene + dico et sancti + fico, atque omnibus bene + dictionibus tuis repleo. Et sic purificatum, benedictum et sanctificatum creaturis tuis, a Diabolo vexatis, in usum et unctionem trado: ad extirpandum omnes nefas, atque ad destructionem omnium operum Satanae et ministrorum ejus: ut quisquis hoc oleo usus fuerit, non possit in eo Diabolus habitare, sed sese manifestare et discedere cogatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

Omnipotens sempiterna Deus, qui per omnipotentiam tuam cuncta creasti, et per mirabilem bonitatem tuam creaturae morbidae oleum ordinasti: misericordiam et veritatem tuam super hoc oleum invocamus, ut benedicendo + benedicas, sanctificando + sanctifices, consecrando + consecras hoc oleum: ut quicumque ex eo usi fuerint, bened + ictionis tuae opulentia corda et viscera eorum repleantur, et cuncta membra eorum per gratiam Spiritus Sancti a veneno antiqui serpentis liberentur. Per Christum etc.

Et ego Sacerdos tuus bene + dico et sancti + fico hoc oleum ad restituendum obsessis liberationem, febricitantibus valetudinem, et egrotantibus sanitatem. Ad comprimendos tumores, ad leniendos dolores, ad reprimenda noxia, ad restituendum conjugii amorem, et ad expellendum malignum adversarium. Et quisquis eo usus fuerit, ab omni pariter languore sanetur, et a morsu serpentis antiqui nunquam laedatur. Fundat petra rivulos olei super vexatos a Diabolo, et unget eos Deus oleo laetitiae in habitaculo justorum. Multiplicet Deus bene + dictiones suas super oleum sanctificatum, et perficiat sanctificationem suam in salutem nostram sempiternam. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium suum, qui mundum unxit oleo misericordiae suae, qui cum eo et Spiritu Sancto vivit etc.

Conspergatur aqua benedicta et turificetur. Sacerdos hoc oleo aliquem infirmum uncturus dicat:

Sicut Sanctus Sanctorum unctus fuit Spiritu Domini, sic Spiritus S. sit super creatura Dei, quam ego ungo olei sacrati liquore. (*Hic ungat infirmum in fronte.*) Et per istud sanctum oleum, et unctionem sanctam libero et absolvo te ab operibus malignis Satanae, ac destruo omnia maleficia incantationes, ligaturas, dolores et tumores arte diabolica factos: ut in omni parte olei sancti, et S. Crucis + virtute diabolicos impetus contemnere valeas, atque hoc medicamento sancto omnem daemonis infestationem procul repellere possis, prout ego repello, annihilatio, et destruo, in nomine Pa + tris, et Fi + lii, et Spiritus + Sancti. Amen.

Hic ungat singula membra infecta vel sautia, quantum honestas permittit et ad singulas unctiones dicat:

Per istam sanctam unctionem et benedictionem restituat te Dominus in statum pristinum, et conservet te in omni sanctificatione et virtute. In nomine Pa + tris, et Fi + lii, et Spiritus + Sancti. Amen.

Peracta omni unctione dicat:

V. Domine exaudi etc. V. Dominus vobiscum etc
Oremus.

Domine Jesu Christe, qui es salus et medicina vera, et quo omnis sanctitas et prosperitas dimanat, qui instituisti, ut langvidos olei liquore in salutem ungamus, quaesumus clementiam tuam, ut diabolica vexatione laborantem sanare digneris: fiatque haec olei sancti perunctio morbi praesentis expulsio. Et sicut ego oleo sancto tuo creaturam tuam unxi, sic et tu divina medicina digneris eam ungere, et ab infirmitate sua liberare. Qui vivis et regnas etc¹⁷.

Benedictio vini pro infirmis (1)

Exorcizo te creatura Vini in Nomine Patris, + et Filii, + et Spiritus + S. ad honorem B. Mariae Virginis, et Sancti N. ne sis communis ulli spiritui immundo: sed medicina omnibus fidelibus, permanens in visceribus eorum. Ut qui te devote gustaverit vel biberit, ab eo omnis spiritus immundus cum omnibus suis recedat. Benedico + te igitur creatura Vini in Nomine D. N. Jesu Christi omniumque Sanctorum, ut sis purgatio omnium maleficorum et medicina omnium langvorum. O Domine Jesu Christe qui ad demonstrandam virtutem Divinitatis tuae in Cana Galilaeae aquam convertisti in vinum, dignare quoque exorci + zare hoc vinum, ut sit remedium efficax contra omnem potestatem inimicorum spiritualium, et

¹⁷ Libellus Benedictionum, jw. s. 235—243.

contra omnia maleficia facta et facienda: ita ut nullus spiritus malus nullaque malitia ejus possit latere in homine isto, qui hoc vinum pie gustaverit. Per tuam S. Passionem, et Crucem, perque fel et acetum quod bibendo sanctificasti, concedere digneris, ut qui ex vino benedicto biberit, mundetur a spiritibus immundis omnique maleficio: et omnis virtus diaboli ab eo exterminetur, atque potestas tua in virtute verborum tuorum in eo praevaleat. Et ego Sacerdos tuus in Nomine Sancto tuo et in potestate mihi tradita, bene + dico, atque sancti + fico hoc Vinum, ut vulpes infernales, demolientes vineam tuam, una cum operibus suis maleficis destruantur, confringantur et annihilentur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

Bene + dic Domine et sancti + fica hoc vinum, ut sit vinum scientiae, terroris, amoris atque virtutis, ad sanandas tuas creaturas ex eo devote gustantes, et nomen Sanctum tuum invocantes. Da Domine per merita Sancti N. omniumque Sanctorum ut vinum hoc benedictum corpus sanet, intellectum clarificet, memoriam corroboret, voluntatem accendat, cor laetificet, animam purge, tristitiam expellat, maleficia destruat, et omnia opera Satanae annihilent. Per Christum etc .

Oremus.

Benedico Domine hac vinum et sancti + fico illud, ut sit tamquam vinum, quod Christus dat devotis suis in convivio suo spirituali. Bene + dico Domine et puri + fico omnia maleficia, fugo omnes daemones, et annihilato omnem contrariam virtutem: per majestatem et virtutem tuam, qui torcular calcasti solus et in vino irae tuae potabit omnes gentes tibi inimicas. Qui vivis et regnas etc.

Oremus.

Deus, cujus Unigenitus Apostolis suis dixit: Qui credit in me, opera quae ego facio et ipse faciet, et majora horum faciet: quique beatum N. dono curationis mirabiliter ornasti; quaesumus, ut ipsius deprecatione hoc vinum bene + dicas eoque utentibus salutare esse concedas. Per Dominum nostrum etc.

Et benedictio Dei Patr + is Omnipotentis, et Fi + lii, et Spiritus + S. descendat super hanc substantiam Vini, ut ad effugandos daemones morbosque pellendos Divinae gratiae sumat effectum, sitque omnibus id sumentibus adjutorium et remedium. Per Dominum.

*Aspergatur aqua benedicta*¹⁸.

Benedictio vini pro infirmis (2).

Domine Jesu Christe, Filii Dei vivi, qui in Cana Galileae ex aqua vinum fecisti: bene + dicere et sanctificare digneris hanc creaturam vini, quam ad sustentationem servorum tuorum tribuisti: ut ubicumque fustum fuerit, vel a quolibet potatum, divina opulentiae tuae bene + dictione repleatur.

Omnipotens sempiternae Deus, salus aeternae credentium, exaudi nos pro famulo tuo infirmo (*vel famula tua infirma seu famulis tuis infirmis si fuerint plures*), pro quo (*vel pro qua, sive pro quibus*) misericordiae tuae imploramus auxilium: ut reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in ecclesia tua referat (*vel referant*) actiones. Per Christum Dominum nostrum. Amen¹⁹.

Benedictio quarumcumque medicinarum

Oremus.

Summe Deus, qui summa et media immaque custodis, qui omnem creaturam intrinsecus ambiendo concludis, sancti + ficare et bene + dicere digneris hanc medicinam, et bene + dictionem tuam super eam infundere digneris, ut per tuam sanctissimam virtutem et copiosissimam benedictionem, per signum sanctae cru + cis impertiam, omnis virtus diabolica ab hac creatura, quae hanc medicinam sumptura est, expellatur et annihiletur, tamquam virtutem merito passionis tuae et vivificae cru + cis recipiat, ut omnes immundos Spiritus possit expellere et divertere a famulo tuo, qui ea utetur, exhibeatque ei plenum sanitatis effectum. Per Christum.

Oremus.

Benedico te creaturae medicinae, in nomine Altissimi Patris + et Filii + et Spiritus + Sancti, qui te creavit pro tutela humani generis, et rogamus te, Domine Deus noster ut haec creatura hujus medicinae famulo tuo, qui ea utetur, in nomine Sanctissimae Trinitatis efficiatur salutare remedium, sitque perfecta medicina in visceribus ejus: qui in Trinitate perfecta vivis et regnas per omnia saecula saeculorum. Amen.

*Aspergatur aqua benedicta*²⁰.

¹⁸ Tamże s. 296—299.

¹⁹ Rituale Sacramentorum ac aliarum ecclesiae caeremoniarum ex decreto Synodi Provin. Petricoviensis ad uniformem ecclesiarum Regni Poloniae usum reimpressum. Cracoviae 1892 s. 784—785. Spotyka się go jeszcze w: Rituale Romanum [...] Ecclesiis Poloniae [...] approbatum. Katowice 1927 s. 829

²⁰ Rituale sacramentorum ac aliarum Ecclesiae caeremoniarum. Ex decreto Synodi Provinc. Petricovien. uniformem Ecclesiarum Regni Polon. usum. Cum licentia Superiorum. Posnaniae.

Benedictio medicinae cujuscunque

Deus, qui mirabiliter hominem creasti, et mirabilius reformasti, qui dedisti medicinam ad tuendam et restituendam hominum sanitatem, sanctam tuam de coelis benedictionem super hanc medicinam infunde, ut hic, in cujus corpus introierit, sanitatem mentis, et corporis percipere mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Aspergatur*²¹.

Benedictio medicinae, vel brodei etc. pro vexatis a spiritibus immundis, mutatis mutandis

Oremus.

Quaesumus clementiam tuam, o aeternae Deus, ut hanc medicinam ac expellendas omnes aegritudines, et virtutes diabolicas, et infestationes maleficiales, imo et ipso daemones a corporibus humanis, quam in nomine sancto tuo et Divi Ubaldi, ac S. Antonii de Padua bene + dico et sancti + fico, sic tu omnipotens et clementissime Deus bene + dicere et sancti + ficare digneris. In omni qui eam biberit, extingue febrium infestationes, viscerum tormenta cura, cordis capitisque dolores, et passionis cunctas dissolve, gravitates peccatorum remove, infestationes cunctas a quibusvis partibus corporis resolve, phantasmatis adesto periculis, tumoresque compesce. Sit haec medicina expulsio praesentibus morbi, et fuga diaboli, cum suis sociis facturis et armis. Exorcizo te + ceatura medicinae in nomine Jesu, ut virtutem naturalem retineas, supernaturalem recipias, adjurata in nomine Christi: bene + dic Domine hanc medicinam, et virtus Spiritus S. sit super eam, ad evacuanda, destruenda, annihilanda et eradicanda a corpore humano maleficia cuncta, cujuscunque generis sint et simul ad expellendum ipsum Daemonem. Prout ego N. Sacerdos tuus bene + dico, exor + cizo et sancti + fico, Benedictiones cunctae servorem Dei sint super te o Medicina, ut sis potens ad effugandos Daemones cum suis facturis et armis diabolicis. Tandem benedictio S. Ubaldi Episcopi et S. Antonii de Padua sit super te. + In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen²².

In officina Typographica viduae et haeredum Alberti Reguli Młodniewicz. Anno Dni 1679 s. 601—602. Spotyka się go także pod tytułem "Benedictio alia medicina cujusvis" Rituale sacramentorum ac aliarum Ecclesiae Romano-Catholicae caeremoniarum ex Rituali Synodi Provincialis Petricoviensis depromptum. Editio nova, aucta et emendata. Apud Josephum Zawadzki. Vilnae. Naumburg 1872 s. 338—339. Ostatni raz spotykamy go w: Rituale sacramentorum [...] emendata. Varsaviae apud Gebethner et Wolff. Vilnae apud Joseph Zawadzki. Leopoli apud Seyfarth et Czajkowski 1884 s. 372—373.

²¹ Libellus Benedictionum jw. s. 141. Obrzęd ten przetrwał aż do Rituale Romanum [...], Katowice 1927 s. 830.

²² Libellus Benedictionum, jw. s. 175—176.

Benedictio medicinae

Oremus.

Quaesumus clementiam tuam, omnipotens aeternae Deus, ut hanc medicinam ad expellendas omnes aegritudines, virtutesque diabolicas, et infestationes maleficiales, atque ipsos daemones a corporibus humanis repellendos, bene + dicere et sanctificare digneris. Et per potentiam virtutis tuae in eo, qui eam sumpserit, vel eadem se unxerit, extingue februm infestationes, viscerumque cura tormenta, cordis et capitis dolores dissolve, gravitatis pectoris remove, tumores quoscunque miciga (!), phantasmaticis adesto periculum et infestationes cunctas quibusvis partibus corporis repelle. Per Christum etc.

Oremus.

Piissime Deus, qui summa et media, imaque (?!) custodis; quique omnem creaturam intrinsecus ambiendo concludis, bene + dicere et sancti + ficare digneris hanc medicinam, divinissimamque; bene + dictionem tuam super eam effunde, ut per tuam omnipotentem virtutem copiosissimamque benedictionem, perque signum sanctae Cru + cis tuae omnis virtus diabolica ab hac creatura, quae eam sumptura est, expellatur et annihiletur: tantamque virtutem merito passionis et vivificae Cru + cis tuae recipiat, ut omnes immundos spiritus, incantationes et maleficia possit expellere, et famulo tuo, qui ea utetur, plenum sanitatis effectum exhibere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

Benedico te creatura medicinae in nomine Pa + tris, et Fi + lli, et Spiritus + Sancti, ut sis expulsio praesentis morbi, et effugatio diaboli cum omnibus factoris et armis suis. Exorcizo et benedico te medicina, ut virtutem naturalem retineas, et supernaturalem recipias, ad evacuandos, destruendos et annihilandos a corpore humano omnes dolores, morbos et infirmitates, In nomine Pa + tris, et Fi + lli, et Spiritus + Sancti. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta²³.

Benedictio generalis pro rebus medicinalibus

Exorcismus.

Exorcizo + te, creatura medicinae, per medicum aeternae salutis, qui a morte aeternae genus humanum proprio sanguine sanitati restituit: per eum te exorcizo +, qui ad curationem hominum virtutem medicinale herbis, lapidibus ac diversis creaturis contulit, ut nulla tibi sit communicatio cum angelis apostaticis, sed in virtute Domini nostri Jesu Christi cunctas inimici fallacias a te exemplo; et sicut tu ex diversis materiis facta es compositio medicinalis ad sanadas Dei creaturas, sic

²³ Tamže, s. 299—301.

virtutem tuam naturalem retineas, supernaturalem recipias adjurata in virtute Dei Patris +, et Filii +, et Spiritus + Sancti regnantis in saecula saeculorum. Amen.

Oremus.

Omnipotens aeterne Deus, qui es vera salus et medicina, a quo omnis sanitas et medicamentum venit, quaesumus clementiam tuam et pietatem, ut hanc medicinam ad expellendas omnes aegritudines et quascunque virtutes diabolicas, quam in nomine sancto tuo bene + dico et sancti + fico clementissime bene + dicere, sancti + ficare et conse + crare digneris: et in homine, qui eam biberit (*vel ea usus fuerit*) extingue februm infestationes, viscerum tormenta, cordis et capitis dolores, et passiones cunctas dissolve, gravitates pectoris remove: infestationesque cunctas ex quibusvis partibus corporis resolve, phantasmaticis adesto periculis, tumoresque compesce: fiatque illi haec medicina sancta morbi praesentis expulsio et peccatorum omnium optata remissio. Per Dominum nostrum etc.

Oremus.

Aeterne Deus, qui tua providentia ab initio cuncta gubernas: quoniam dedisti et in mari viam, et in fluctibus semitam firmissimam, ostendens, quoniam potens es ex omnibus salvare, etiamsi sine arte aliquis adeat mare; nam per haec visibilia medicamenta non sanatur quis a morsu serpentis antiqui, Domine, sed per te omnium salvatorem, quia tu solus es, quia liberas ab omni malo: et misericordia tua adveniente salvos filios tuos, imo tuus Domine sermo velociter sanat omnes ad te confugientes, qui livore sanguinis preciosissimi Filii tui totum mundum sanasti. Infunde ergo Domine tuam sanctam virtutem + et benedictionem in hanc medicinam, et sana potentissime Deus, ceturam tuam N., quia conturbata sunt ossa ejus, et anima illius conturbata est valde. Sana etiam a descendentibus in lacum, quia clamat ad te, sicut sanasti Chananaeam et Publicanum: sicut sanasti aquas per Eliseum, sicut percussos aspicientes in serpentem aeneum, et sicut Domine Jesu sanasti hypodricum et tangentes fimbriam vestimenti tui: sana eum, sicut qui prius descendebat in piscinam post motionem aquae sanus fiebat a quacunque detinebatur infirmitate; sicut sanasti socrum Petri febricantem, et sicut sanabas omnes languores et infirmitates in populo et omnes opressos diabolo. Nam multitudo sapientiae tuae sanitas est orbis terrarum, et cum aqua deleteret terram, sanavit iterum sapientia tua, et cujus livore sanati sumus: cujus tactu vis februm mox recessit, cujus sermone confestim surdus audivit, cujus jussu mutus fari non distulit, satan fugit, claudus cucurrit, coecus vidit, aegrotus praevaluit, surrexit de sepulchro quatruiduanus: sic sana eam, Domine Jesu, ab omni aegritudine et vulneribus satanae et ministrorum ejus. Et sicut sanasti pluries populum Israel, et puerum Ceturionis: et curasti vexatos a spiritibus immundis, et sanasti multitudinem copiosam plebis ab omni Judaea et Jerusalem maritima et Tyri et Sidonis a languoribus suis: sic huic creaturae N. languenti conferas salutem et veram medicinam. Sint oculi tui super eam, et da illi sanitatem et vitam, et huic

medicinae vim et virtutem et bene + dictionem et sanitatem, ut ab hac creatura N. expellat omnem languorem et incursiones diabolicas: nam venisti Domine, quaerere et salvum facere, quod perierat.

Oremus.

Bene + dic, Domine, et sancti + fica hanc medicinam, et virtus Spiritus Sancti sit super eam ad destruendam et eradicandam a corpore hujus creaturae N. omnem aegritudinem, prout ego in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi Filli tui exorcizo +, benedico + et sanctifico +, quia ipse propitiatur omnibus nostris, et sanat omnes infirmitates nostras. Benedico te per ipsum, qui redemit de interitu vitam nostram, et coronat nos in misericordia et miserationibus. Benedico te per ipsum, quia misit verbum suum, et sanavit nos, et redemit nos de inferioribus nostris, et producit in montibus foenum, et herbam servituti hominum.

Benedico te per ipsum, cujus manus vulnerat et medetur, percutit et sanat: sancti + fico te per ipsum, qui misit Apostolos praedicare regnum Dei et sanare infirmos.

Bene + dico et sancti + fico hanc medicinam, ut sit medicina salutis animae, et corpori hujus creaturae N. sit haec medicina tamquam aqua egrediens de sanctuario Dei, in potum ad expellendam omnem febrim et aegritudinem ac tumorem et dolorem. Sit tamquam cor et fel et jecur piscis Archangeli Raphaelis et Tobiae et medicamenta utilia: et sicut ipse Archangelus duxit et reduxit Tobiam sanum, ejusque patri restituit visum, et fecit eum videre lumen coeli: sic tu, o medicina, per istam sanctam bene + dictionem et virtutem Spiritus Sancti, quam in te infundo, restitue sanitatem creaturae Dei N. Nam et altissimus creavit te de terra, ut sis medicina sanitatis, et medicina pacis, consolationis et benedictionis: sit super te virtus Spiritus Sancti, et virtus divina tecum sit ad sanandam creaturam Dei N. ab omni infestationes satanae. Tandem in nomine illius, qui est Deus omnipotens, Deus benedictionis: sit super te virtus Spiritus Sancti, et virtus divina tecum sit ad sanandam creaturam Dei N. ab omni infestationes satanae. Tandem in nomine illius, qui est Deus omnipotens Deus exercituum, qui facit mirabilia magna solus: accipe o medicina, virtutem Spiritus Sancti, ut ubicunque attigeris, virtute divina a corpore creaturae N. expellas omnem infirmitatem, tumorem et dolorem, omnemque infestationem diabolicam, et infundas omnes benedictiones aeterni Dei. In nomine Patris +, et Filii +, et Spiritus + Sancti. Amen.

*Aspergatur aqua benedicta*²⁴.

²⁴ Rituale Sacramentorum [...] emendata. Vilnae 1858 s. 360—364. Obrzęd ten spotyka się tylko w edycjach wileńskich drugiej połowy XIX w. Ostatni raz w: Rituale Sacramentorum [...] emendata. Varsaviae-Vilnae-Leopoli, 1884 s. 367—372.

2. Benedictio candelae

Oremus.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui dixisti: Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris: bene + dicere dignare candelam istam et infunde ei per virtutem sanctae Cru + cis benedictionem coelestem, talemque benedictionem signaculo sanctae Crucis accipiat, ut quibuscumque in locis accensa aut a quibuscumque *infirmis in manibus portata fuerit*, discedant et contremiscant principes tenebrarum, fugiant pavidi cum omnibus ministris suis, nec praesumant inquietare aut molestare, aut tentare famulos tuos, qui eam ob honorem tuum in manibus suis gestaverint. Tu Domine, qui est lumen ad revelationem gentium, et illuminas omnes hominem venientem in hunc mundum, digneris illuminare intellectum eorum, qui lumen hoc devote susceperint: ut cognoscant te solum verum Deum, et Patrem tuum coelestem. Qui cum eo et Spiritu Sancto viviset regnas in saecula saeculorum. Amen.

Accipe Frater charissime, candelam ardentem et benedictam in manus tuas: ut pateat, quod in viva fide velis mori, et venientia dilecto Sponso tuo cum lampade ardente occurrere. Dic ergo ad eum haec aut similia verba:

O mi dulcissime Jesu, qui es lux vera et viva, illumina quaeso tenebras meas, ut cognoscam immensam bonitatem tuam. Ut cognoscam abyssalem malitiam meam. Et ut cognoscam fallaces insidias Diaboli. Amen.

O Domine Jesu Christe, protestor quod in viva fide mori velim. Protestor quod in firma spe mori velim. Protestor quod in ardenti charitate mori velim. In signum hujus porto hanc candelam ardentem et benedictam in manibus meis.

O Domine Jesu Christe, lumen ardens, lumen illuminans, lumen inflammans; illustra me claritate tua: accende me charitate tua: inflamma: me dilectione tua. Ut cor meum ardeat amore Tuo, et comburatur ardore Spiritus tui. Amen²⁵.

Benedictio balnei pro maleficiatus

Exorcizo te unda balnei per Deum Patrem +, per Deum Filium, per Deum Spiritum + Sanctum, per Deum qui simile lavacrum Moysi servo suo fieri mandavit dicens: facias labium eueum (!) cum basi sua ad lavandum. Per Deum, qui lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Per Deum, qui nos per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus Sancti in Filios adoptionis accepit, ne tibi aliquid commune sit cum Spiritibus (!) immundis; sed sanctificeris, ut sis Christi fidelium purgatio et immundorum spirituum abdicatio, atque maleficiorum omnium ab homine, sive a diabolo factorum exterminatio ita, ut quicumque ex te corpus

²⁵ Infirmittatis humanae praesidium sive Libellus Infirmorum. In quo breviter et practice traditur Quomodo administranda sint Sacramenta Infirmis. Deinde, quomodo devote orandum super Moribundis. Tertio, quomodo devote orandum super agonizantibus. Cum gratia et privilegio. Thorunii. Ex Officina Joh. Christ. Laureri MDCXCI (1691) s. 78—79.

suum laverit, Divinam virtutem in te sentiat adfuisse: Per eum, qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum (!) per ignem. Amen.

Oremus.

Omnipotens eterne (!) Deus, ante cujus conspectum tremunt Angeli et Infernus ululat, qui Judit ancille (!) tue (!) que (!) corpus laverat et ornaverat, tantam gratiam dinare dignatus es, ut fieret Holofernicida, et populum suum ab obsidione liberaret, bene + dicere, et sancti + ficare dignare hoc ablutionis genus, ut quisquis ex eo corpus suum laverint, valeat Holofernis infernalis interimere virtutem, et ab ejus vexatione liberari, atque ab omni maleficiorum genere misericorditer Te prestante (!) salvari. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui aquam in pelvim missa. Discipulorum suorum pedes humiliter lavit, et Tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia²⁶.

Benedictio lintheaminum pro infirmis

Oremus.

Domine Jesu Christe, qui per tactum fimbrium vestimentorum tuorum mulierem fluxu sanguinis laborantem, aliosque passim infirmos sanare dignatus es, et per sudaria, et semicinctia Apostoli tui Pauli languores et spiritus nequam ab infirmis eadem virtute fugasti: praesta, quaesumus; ut qui his vestimentis, velis, et lintheaminibus, quae in tuo nomine bene + dicimus, induti vel operiti fuerint, sanitatem mentis et corporis percipere mereantur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen²⁷.

Benedictio lecticae pro infirmis

Oremus.

Domine Jesu Christe, Filii Dei vivi, qui, dum peregrinabar in terris, pertransibas benefaciendo et sanando omnem languorem et omnem infirmitatem in populis, quique hominem paralyticum, jacentem in lecto, ad salutem mentis et corporis restituisti; respice quaesumus, ad fidem et ad sensus commiserationis servorum tuorum, qui animati spiritu verae caritatis, qua tu eis exemplo praevisisti, et quam in praeceptum traduxisti, vehiculum hoc, ad instar lectuli artificiose extrui

²⁶ Libellus Benedictionum, jw. s. 110—111. Inną nazwę, ale ten sam obrzęd zawiera: Rituale Sacramentorum ac aliarum Ecclesiae caeremoniarum, ex Rituali, juxta Decretum Synodi Provincialis Petricoviensis edito, depromptum ad uniformem Ecclesiarum Regni Poloniae usum, plurimis auctum Anno Domini 1757. Cum licentia Superiorum reimpressum. Typis S. R. M. Collegii Societatis Jesu. s. 269—270.

²⁷ Rituale Wratislaviense ad normam romani, jussu et auctoritate illustrissimi et reverendissimi Domini Domini Georgi i Dei et Apostolicae Sedis gratia Principis Episcopi Wratislaviensis editum. In Cancellaria Episcopali Wratislaviensi. Ratisbonae. Ex Officina Fr. Pustet MDCCCXCI (1891) s. 259—260. Obrzęd ten spotyka się wprawdzie dopiero w końcu XIX w., ale przetrwał do: Collectio Rituum, jw. s. 216.

voluerunt eo fine, ut ad locum curationis vel aptissime deferri possint quicumque, aut vulneribus sint affecti, aut quavis infirmitate detineantur. Aegrotis igitur, qui hoc componuntur vehiculo, quod nunc in tuis nominis virtute bene + dicimus, esto, mitissime Jesu, in itinere solatium, in periculis tutamen, in doloribus refrigerium. Praesta, ut iidem, tuis Angelis comitantibus, ad curationis sedem tranquillo cursu perveniant, ibique pristinam sanitatem recuperent, eaque, te miserante, per intercessionem sanctissimae tuae Matris Mariae, percepta, abeuntes in domos suas, honorificent te Deum verum: Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen²⁸.

²⁸ Rituale Romanum, [...], jw. s. 828—829.